



I.

Von der Revolutarischen Erbung.

§. 1.

Wilhelmus S. uxorem duxit Mechtildin H. & cum ea non tantum varia immobilia stante Thoro coacquisivit, verum etiam filiam suscitavit Annam Catharinam dictam. Hæc Stephano Knupra, atque enixa est binos natos, Joannem scilicet, & Wilhelmum. Cum jam turbato profus mortalitatis ordine primum Avia Mechtildis, dein Mater Anna Catharina, porro Avus Wilhelmus, posthac Nepotes Joannes & Wilhelmus, ac tandem Pater Stephanus supremum diem clauserit, hinc Cognatos Mechtildis inter, & Stephani forores, fratrumque liberos de revolutaria Neporum Joannis & Wilhelmi hæreditate orta est controversia.

A

§. 2.

§. 2.

Mechtildis cognati (quos deinceps Maternorum nomine compellare liceat) omnem Nepotum substantiam jure revolutionis ad se delatam contendebant. Sorores, fratrumque filii Stephani contra medietatem hæreditatis, nec non ea omnia, quæ Avus Wilhelmus ex fraterna hæreditate consecutus fuit, ex hoc capite sibi vendicabant, utpote quod Agnati ex linea Paterna, puta Avi Wilhelmi deficerent, atque ita secundum notam regulam proximi hæredes ultimo defuncti succederent. Inferior interim iudex litæ eam in partem diremit, daß weilen die Erb-güter einmal auf die Catharinam S. des Stephani Ehefrau als einige Erbin ihrer Eltern Wilhelm S., und Mechtild H. vererbet, zum andernmahle auch auf denselben mit Stephano K. gezielten Kinder devolviret, sothane Güter naturam bonorum hæreditariorum & maternorum angenommen, mithin falls ex parte coacquirentis Wilhelmi S. sich keine Agnati, oder nähere Erben hervorthun würden, die von Seiten der Groß-Mutter Mechtildis H. herstammenden Anverwandten, als nächste Erben noch zur Zeit zu der Erbschaft alleinig zuzulassen, und dabey zu handhaben, denen Erbgenahmen Stephani K. aber ihre vermeintliche Ansprache in separato ein und auszusprechen, wie auch ihre fernere Nothdurft einzubringen, Terminus ad proximum vorzubestimmen seye.

§. 3.

Ab hac itaque Sententia, quæ 21. Januarii 1756. publicabatur, hæredes Stephani K. 29. ejusdem mensis in scriptis appellarunt, ideoque fatalia tam interponendi, quam introducendi rite observarunt. Fatale prosequendi quodammodo quidem neglectum, & Libellus gravaminum 10. Julii primum exhibitus. Verum nil de nostra praxi notius, nihilque tritum magis, quam quod is neglectus nullam inducat causæ defertionem. Quocirca scrupulosiori formalium discussioni non immorandum, sed ad ipsa merita potius progrediendum erit.

§. 4.

Alterum hæreditatis semissem appellatis, qua Maternis hæredibus revolutariis competere, & ab ipsismet appellantis concessum, & de jure nostro Statutario tam expectatum est, ut Cælo Lumen affundere videret, si id vel verbo demonstratum irem. Alterum vero semissem quo jure appellati, non dicam petere, sed vel in quæstionem & judicium vocare ausing, nullus plane video. Etenim neque ipsis jus commune, imo, & si addere placeat, naturale applaudit, neque etiam jus statutarium suffragatur. Ad jus naturale, & commune, si respicere lubet, quid decantatum magis, quam deficientibus descendantibus ascendentibus ad hæ-

reditatem vocari? „ Quum deficiente linea
 „ descendentium (ita post innumeros alios
 clarissimus

HEINECCIUS in *Elem. jur. nat. & Gent.*
L. I. Cap. II. §. 301.)

„ proxima sit altera, in qua ascendentium
 „ vel progenitorum series describitur: me-
 „ rito inde Colligimus, his luctuosam Libe-
 „ rorum hæreditatem præ aliis deferri, ita
 „ quidem, ut propior gradu excludat remo-
 „ tiores, ejusdem gradus simul admittantur,
 „ nec hic jus nature justam suggerat ratio-
 „ nem, cur inter plures ejusdem gradus se-
 „ cundum Lineas partienda sit Liberorum
 „ hæreditas.” Secundum hanc juris regu-
 lam itaque litigiosa hæreditas non appellatur,
 sed mortuo post filios Patri Stephano addi-
 cenda erit. Neque aliud etiam de jure no-
 stro Statutario adstrui valet. Avia enim
 Mechtildis (ut vel dupondiis notum) majo-
 rem acquæstus partem non habuit, quam
 mediam, & altera medietas ad Coacquiren-
 tem maritum Wilhelmum spectavit. Cui
 & consequens est, quod à prædicta Mecht-
 ilde, plus non, quam media acquiritorum
 pars ad filiam, nepotesque transmitti, nec
 his improlibus mortuis ad cognatos Mater-
 nos potuerit revolvi.

§. 5.

Clarius id adhuc evadit, si ponamus, quod
 Collaterales à Linea Paterna, scilicet Avi
 Wil-

Wilhelmi provenientes existerent, pariterque ad jus revolutionis provocarent. Tum illis Semissem revolutorum deberi, neque ipsi appellati inficiantur, nec minimam patitur dubitationem. Ast cum Paterni non existant, vel saltim non compareant; num ideo appellati qua Materni portionem Paternis debitam capient? Dic sodes, quo jure? Num Successionis, numve revolutionis? Sane non jure Successionis communi. Appellati namque Paternorum hæredes non existunt, ac jus accrescendi quoddam e Legibus Romanis eo minus deducere poterunt, cum his vel solum revolutionis Verbum incognitum fuerit. Frustra quoque ad Leges provinciales Convolant. Statutum enim, quod deficientibus Paternis cuncta bona revolutaria, quantumvis e Linea Paterna provenientia Maternis diserte addicit, non habemus. Neque etiam ratio Statuti exigit, ut tam absquam ampliationem adstruamus. Sive enim mens coacquirentium consideretur, sive ad conservationem familiaræ (quam consuetudinis nostræ rationem juris Consulrus noster

VOETS de jure revolut. Cap. 5. n. 24.

perhibet) respiciatur, nihil omnino invenire est, quod appellatis vel minimum ad stipuletur. Quæso! quis mentem, ac commune coacquirentis Avi Wilhelmi vorum

fuisse præsumet, ut ad coacquisitam medietatem transversales e Familia Vxoris suæ provenientes potius, quam ipsius Neporum Pater admittatur? Conservationem familie contra quod attinet, negari haud quaquam potest, quod appellati intuitu coacquirentis Avi plane extranei sint, ipsiusque familie per hos nullatenus consulator.

§. 6.

Cum itaque naturalia æque ac communia jura appellatis repugnent, cum Lex provincialis non applaudat, imo cum ipsa statuti ratio tam exorbitantem extensionem haud solliciter, nullus me hercule video, quam in partem appellati statutum pro se adducere, vel exponere velint. Quin potius cum Statutum à jure communi penitus defideat, ea secundum primas regulas facienda est interpretatio, ut, quam minime fieri potest, jus commune lædatur. Recte proin

GVDELINVS de jure noviss. Lib. 2. Cap. 15.
 afferit: Regula ista consuetudinum, seu Legum municipalium potius ad prælationem eorum, qui sunt ejusdem lineæ, quam ad exclusionem absolutam cæterorum pertinere intelligenda est. Recte Procancellarius

VOETS de jure revolut. Cap. 9. n. 1.

Statuit: quando deficiunt, vel non apparent
 cogna-

cognati illius, a quo primum bona, de quorum Successione agitur, provenerunt, tunc proximi cognati, & hæredes ultimo defuncti in illa bona succedunt. Recte deum referente

LOVET *Lit. P. arrest. 29.*

Parisiis judicatum est, quod in la coutume de la dite Prevosté de Paris, il estoit requis, extra parent de celui, qui a apporté l'heritage en la famille; & que ne se trouvant aucuns parens, l'heritage appartenoit au plus proche de celui, de cujus successione, & bonis agebatur.

§. 7.

Neque etiam, ut verum fatear, ullam rationem reperio, quæ interpretationem juri communi adeo consonam reprehendere possit, ac Vellicare. Si qui auctores sint, qui deficientibus Paternis, maternos cognatos etiam ad bona Paterna admitti docent, illi non tam crasse, sed potius de eo casu intelligendi veniunt, quo ultimo defunctus alios, quam maternos, hæredes non reliquit. Pessime hinc ad præsentem Casum eos traxeris. Aut si ipsimet de illo intelligi velint, non potest non esse, quin doctrina eorum contra primas Hermetiæ regulas quam turpissime impingat. Quocirca misso, pulsoque tam pravo dogmate potius concludamus, quod uti superstes Pater Stepha-

phanus filiis in medietatem devolutorum, id est mediam ab avo acquisitam partem successit, ita & hic semissis appellantis, qua proximis Stephani hæredibus saltim, donec hæredes revolutarii ab avo Wilhelmo provenientes compareant, adjudicari debeat.

§. 8.

Altera nunc quæstio nimirum cui bona, quæ avo Wilhelmo e fraterna hæreditate obtigerunt, debeantur? discutienda restat. Non constat quidem hæcenus, quo tempore, nimirum, stante, ruptove thoro fraterna hæreditas avo obvenerit. Verum penitentiorem hujus rei discussionem appellantes vel supervacaneam ducunt, quod Fraterna hæreditas, licet stante thoro delata, nihilominus in divisionem, acquæstumque conjugalem haud venerit. Videamus igitur, num & nobis in hanc eundem sit opinionem. Substratus Casus in ordinatione Provinciali expresse decisus non est, imo ipsa conjugalis Communio per ordinationem nequidem stabilita, sed notante

VOETS *in hist. jur. n. 92.*

per inveteratam, ac notoriam consuetudinem solummodo introducta. Mirum quantum heic etiam inter se discrepant juris interpretes. Alii, inter quos

HEESER *in loc. comm. part. 2. loc. 18. n. 3.*
in-

indistincte statuunt, quod bona provenientia ex successione Testamentaria, vel ab intestato alicujus consanguinei, vel extranei plane non communicentur. Aliis cum

CHASSENÆO *ad Consuet. Burgund. Rubr.*
IV. §. 2. N. *acquest.*

distinguendum videtur, ut siquidem hæreditas, aut successio alterutri conjugum stante Matrimonio, ab intestato, aut etiam ex Testamento eorum, quorum ab intestato hæredes fuissent, obvenerit, ea bonorum Massæ seorsim extra communionem accedat: ne hoc modo generalis successionum ordo, & regula ultra eorum intentionem intervertatur: ea autem, quæ alteruter conjugum ab extranea persona per legatum, aut donationem obtinet, communioni acquisita censeatur. Imo neque hæc Regula

CHRISTINÆO *Vol. I. Dec. 206. N. 9.*

Universaliter, sed eo tantum casu placet, si maritus ex obviente hæreditate fundum loco suæ portionis hæreditariæ in immobilibus obtinuit, secus vero si in loco mobilium hæreditariorum, quæ fuissent illi cum Vxorē communia.

§. 9.

Interim ut varias has Doctorum opiniones Conciliemus, unamve ex omnibus eligamus, modernæ rerum circumstantiæ haudquaquam exigunt. Fraternalis nempe hære-

ditas avo jure successionis ab intestato obvenit, vel saltim obventura erat. Avus etiam (quantum ex actis colligere est) solus fratris hæres exitit. Ad minimum appellati ne obmoverunt quidem, quod Avus plures cohæredes habuerit, & Litigiosa immobilia ei in Loco mobilium hæreditariorum fuerint addicta. Adeoque sive cum HEESERO faciamus, sive CHASSENÆI distinctionem amplectamur, sive CHRISTINÆI sublimitationem amemus, nullo tamen casu fraterna bona in divisionem, seu communionem venire potuerunt: Sed potius utpote ad filiam, seu Nepotes devoluta, postmodum ad Cognatos è Linea Paterna, nempe Avi Wilhelmi provenientes revoluta, his vero deficientibus, aut saltim non Comparantibus juxta adstruendam supra regulam superstiti Patri Stephano delata, tandemque ad appellantes, qua proximos Stephani hæredes fuerunt transmissa.

§. 10.

Quibus omnibus ponderatis salvo aliorum rectius sententium judicio ita pronuncian-
dum arbitror

Sententia.

In Sachen Erbgenamen Stephani K. Appellanten eines, gegen und wider Erbgenamen Mechtildis H. in actis benennt, Appellanten
ant

andern theils, ist zu recht erkannt, daß, als viel derer Appellanten Erb-Recht anbetrifft, durch Nichtern voriger Instanz übel geurtheilet, wohl davon appelliret, dahero auch solche Urtheil zu reformiren, also, und dergestalt, daß die Appellanten nicht nur bey einer Halbscheid der von Wilhelmo S. und Mechtildi H. während der Ehe erworbenen Güter, sondern auch bey all denenjenigen ohnbeweglichen Gütern, welche obbenannter Wilhelm S. von seinem Bruder ererbet, una cum perceptis à die obitiis Stephani K. jedoch nur in so lange, bis daran ein oder mehrere von erwehntem Wilhelmo S. herkommende väterliche Revolutarische Erben sich angeben, und melden werden, zu handhaben, wegen der einen von denen appellantibus nicht widersprochenen, noch in Ansprache genommenen Halbscheid der während der Ehe erworbenen Güter aber es bey der vorigen Urtheil zu belassen, sodann die Appellaten in die dahier aufgegangene Kosten nach rechtlicher Ermäßigung fällig zu ertheilen seyen; allermassen hiermit zu recht erkennt, reformiret, gehandelt, belassen, und völlig ertheilet werden.

